



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Brvno Ep. C. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

S. BRVNO EP. C. Octobris.

FVit hic Bruno Henrici Aucupis Germani Regis fil. Othonis Imp. frater. Scientias civi- nas juxta & humanas calluit, sed eloquentiam imprimis, quam pro miseris potissimum excoluit, ut quorum semper bona causa est. Temporis avarus nullum nisi literarum otium amavit, ut quocumque demum cum Imper. Fr. iret, famuli liberi sequerentur, suavissimè iter inter comites Musas facientem. Comitatus uti ipse singulari erat, ita morum levitatem in aliis summè oderat. Quare cum Henricum Fr. & affinem Cunonem sub civi- nis confabulantes vidisset, palàm edixit, intem- perantiam illam familiaritatem seminarium fore mi- xtarum inimicitiarum; id quod postea orbis vidit. Censorem debirum nostro auro, quo templa passim aut fora fieri aut curias videmus, & ex his exire sæpè, qui plurima hominibus, ni- hil DEO, nihil Divis sunt locuti! Sed mirro lin- guaces. Silentium potius in BRVNO laudo & frugalitatem, quam Archiepiscopus jam Colo- niensis (uti & in vestibibus modestiam) in Canoni- corum Collegium postliminò reduxit, utinam non iterum nunc ubique ferè terrarum exulem! Ipse post maxima obita munia, post extructa aut reparata templa & cœnobia plurima, ut pacis amans & pacis conciliandæ inter viros principes mirus artifex, excessit è vitâ, anno post DEVI- minem D. CCCC. LXV. cælum moriens multis lacrymis mollivit, & crebro gemiru, velut acrius perripit. *Ex Lippeloo.*

Esto Angelus, hoc est, divini minister imperii obsequere mandatis Domini: cum fueris Angelus vide

videbis faciem Domini. Ipse Dominus IESVS ait. Beati mundo corde: ipsi enim Deum videbunt. Ad-vertis, quid à te exigatur ut videas Deum? E-manda igitur cor tuum. S. Ambr. in Pf. 118.

B. IACOBVS ALEMANNVS CONF.
11. Octobris.

Felix, (si quidem norit hodie bona sua) Ulma Suevorum IACOBVM nostrum peperit, & probe educatum Romam ad DD. Apostolorum limi- na supplicem misit. Româ Neapolim hic abiit, & ab Alphonso rege militiæ adscriptus, nullum ho- stem quàm prædam fugit. Quare illa demum ca- stra placuere, quæ non aliena raperent, sed suis se spoliarent: id quod ipse etiam fecit, cum Bononiæ ad D. Dominici signa transit. Hic ille boni militis partes omnes implere, primus semper ad ducis nu- tum, portarum animi, oculorum inquam, vigilan- tissimus custos, flammam hostiles casto animo injectas suffocare illic doctus, sanguinis recorda- tione à Christo fusi. Iam arma (preces) numquam posuit, primo mane omnes Divorum aras veluti stationes militares obiens & semper à castrorum acie Virgine auspiciam sumens. Quid jam mirum, si miles noster demones fustibus pugnantes risit, præsertim quando cum pugnante, Angeli visi pu- gnare? si Cyclopem infernum sibi infestum cruce prostravit, & eadem corvorum Stygiorum agmen fugavit? Quid? quod & insidias structas Reipu- blicæ ab orco detexit. Ad D. enim Antonii tumu- lum cum latantes demones spectasset, & trium- phum adornantes ob futuram altero die inter ci- ves cadem, medius preces suas interposuit, & ci- vibus pacem, orco pro triumpho luctum peperit.

Fuit